# HISTORIA HORTENSIUM QUATUOR OPUSCULIS METHODICIS CONTEXTA, QUORUM PRIMUM, HORTORUM CURAM, ORNATUM & secreta quamplurima ostendit. Secundum, Insitionum artes proponit. Tertium, Auxiliares & medicas Hortensium vtilitates percurrit. Quartum, Iucunda et benefica medicandorum Hortensium olerum, radicum, fructuum, vuarum, vinorum et carnium artificia explicat.

*OMNIA AMOENAE VOLUPTATIS ET inenarrabilis vtilitatis abundè plena: rerum variarum accessione nunc primum aucta & illustrata.*

AUCTORE ANTONIO MIZALDO MONLUCIENSI, MEDICO.

*Accesserunt & alia quae decimasexta indicat pagina.*



Corregido con forme al Indice de 1632 ...

COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Ioannem Gymnicum sub Monocerote, Anno M. D. LXXVII.

LIBRERIA DEL COLEGIO S. H. IHS

## Auxilia & ſecreta pro hortenſibus ſeminibus, tam ante ſationem quàm poſt: ne ab aliqua cùm interna, tum externa afficiantur iniuria.

### CAP. VII.

FRuſtra ſudabit hortenſis colonus, & quiuis alius, ſi ſata à beſtiolis lædantur, vel ab alitibus depopulentur, aut alia quauis iniuria afficiantur, ſiue intus illa contingat, ſiue foris fiat. Quod vt vitare poſsit, opportunè ad ſequentia auxilia & ſecreta animum conuertet. Si ſemina terræ mandáda ſucco ſemperuiui paulò ante ſationem madefacta fuerint, ab auibus, formicis, agreſtibus muribus, & alijs hortorum prædonibus, non ſolùm illæſa ſeruabuntur, ſed quæ inde naſcentur, etiam præſtantiora euadent, de Africani experimento, vt in Græcis rerum agri Commentarijs adnotatum, & à Latinis agriculturæ autoribus repetitũ obſeruaui. Quod verisſimum eſſe tametſi docuit experientia, tamen quia herbæ huius larga vbiq; non poteſt eſſe copia, eius loco fuligine quæ ſupra focos inhæret, ſatis omnibus incolumitatem tueri etiam licebit, ſi collecta pridie quàm ſatio fiat, ſeminibus remiſceatur: vel aqua macerationis eius ſemina ipſa conſpergantur, vt tota nocte ſuccum trahant, & ebibant, quemadmodum ſcripſit Columella. [redacted]. Nam quæcunque ſpectabit, ſua præſentia fœcundabit & illæſa cuſtodiet. Addit Plinius eſſe allium in arnis, alum nuncupatum, quod aduerſus improbi-

Secreta pulcherrima p ſeruandis in terra ſeminibus abſq; vlla noxa.

Vt ſata ſeruentur incolumia.

Auxilium aduerſus mõſtra hortenſia.

Secretum ne ſemina ab alitibus depopulẽtur.

tatem

H[redacted]

hæc

[redacted]

## Auxilia & ſecreta aduerſus ſcorpiones, buſones, hortenſes mures, muſtelas, & grandiores beſtias, tam olera quam fructus corrumpentes & vaſtantes.

## CAP. XIII.

QVod ad ſcorpiones attinet, ſi locum in quo verſantur ſurculo aut ramulo veri helotropij circunſcripſeris, negat Plinius illos hinc egredi poſſe. Si verò herba ipſa imponatur, aut reſpergatur, protinus emori tradit. Idem fieri aiunt tactu radicis herbæ quam ſcorpioidem dicunt: imò verò à ſcorpione minimè lædi, qui herbam geſtabit. Afri promittunt ad manipulũ ocimi cum cancris decem marinis vel fluuialibus tritum, à proximo omnes cõuenire. [redacted]olent, ad ſcorpionum fugam & exitium calamum conuertamus. Diophanes in ſuis de agricultura græcis Commentarijs tradit, cum pleriſque alijs, raphanum ſcorpijs impoſitum, præſentem mortem illis adferre. Adhæc eum qui raphani ſucco manus diligenter obleuerit, citra periculum ſcorpios & venenata quæque poſſe tractare. Addit præterea ſandaracham cum butyro

Scorpionũ fuga & interitus.

Mirum ſi verum.

Memorabilia in ſcorpiones alexipharmaca.

te solertia humana. Verùm de his plura alibi scribenda nobis reseruamus.

## Auxilia & secreta aduersus grandinem, fulmina ac tempestates, arborum, plantarúmque, flores & fructus, vti etiam cereris & Bacchi dona, miserè perdentes.

## CAP. XIIII.

*Aduersus ingruenté grádinem auxilia & secreta.*

DE grandine, quæ plerunque dilapidat hominúmque, boúmque labores, hæc paucis habeto. [redacted]

*Mira testudinis antipathia cũ nube grandinem parturiente.*

tnea-

[redacted] Non defuerunt apud priſcos qui eam in rem omne horti vel agri ſpatium alba vite cingerent: aut noctuam alis patentibus extenſam in agro, hortóve ſuffigerent. Quæ duo etiam ad fulmina grandinem plurimùm comitantia, incomparabilis ille rerum agri doctor Iunius Columella tranſtulit, ad hunc modum in ſuo horto loquens:

Auxilia aduerſus fulmẽ ex Columella.

*Vtq́; Iouis magni prohiberet fulmina Tarchon,*
*Sæpè ſuas ſedes præcinxit vitibus albis.*
*Hinc Amythaonius docuit quæ plurima Chiron,*
*Nocturnas crucibus volucres ſuſpendit: & altis*
*Culminibus vetuit feralia carmina flere.*

Sed hoc loco auxilium quod noſtrates præſentiſſimum habent aduerſus tonitrua, fulmina, & nubes grandinem horrendam parturientes, ſilentio non diſſimulabo. quodnam illud, inquies? nolarum & campanarum tinnitus, aut bombardarum aliorúmve pyrobolorum inſtrumentorum longè latéque reboantes crepitus, vt clamor eat cœlo: quemadmodum in noſtris aërijs Ephemeridibus, & populari Aſtrologia ſcripſimus. Verùm his plebeculę dimiſſis, Plinium in explicanda naturæ hiſtoria ad miraculũ vſque ſummum, ſi placet, auſcultemus: & ex illo diſcamus, nõ ſolùm hortos & agros, ſed etiam homines & animalia nequaquam à fulmine tangi, quæ tergore fluuialis equi, quem Hippopotamum nũcupant, circunſepta fuerint. Quin & noxiæ non erunt tẽpeſtates, vt Archibius ad Antiochũ Syrię regem ſcripſit, ſi obſerata fictili nouo rubeta, in medio horti vel agri defodiatur. Per cuius ambitũ ple-

Populare auxiliũ aduerſus tonitrua fulmẽ & grãdinem.

Vt horto vel agro noxię nõ ſint tempeſtates.